

mone aer, hoc est spiritus fertur, seu quod artis et angustis  
 meatibus spiritum vitalem retineant, unde vocis sonos emittunt :  
 qui soni uno modo sonarent, nisi linguae motus distantias vocis  
 efficeret. Toles Gallica lingua dicuntur, quas vulgo per dimi- **57**  
 5 nutionem tusillas vocant, quae in faucibus turgescere solent.  
 Mentum dictum, quod inde mandibulae oriantur, vel quod ibi  
 iungantur. Gurgulio a gutture nomen trahit, cuius meatus ad **58**  
 os et nares pertendit : habens viam qua vox ad linguam trans-  
 mittitur, ut possit verba conlidere. Vnde et garrere dicimus.  
 10 Rumen proximum gurgulioni, quo cibus et potio devoratur. **59**  
 Hinc bestiae, quae cibum revocant ac remandunt, ruminare  
 dicuntur. Sublinguium operculum gurgulionis, quasi parva  
 lingua quae foramen linguae recludit operitve. Collum dictum, **60**  
 quod sit rigidum et teres ut columna, baiulans caput et sus-  
 15 tentans quasi capitolium : cuius anterior pars gula vocatur, po-  
 sterior cervix. Cervix autem vocata, quod per eam partem **61**  
 cerebrum ad medullam spinae dirigitur, quasi cerebri via. Ve-  
 teres autem plurali tantum numero cervices dicebant : prius  
 Hortensius cervicem singulariter dixit. Cervix autem numero  
 20 singulari membrum ipsud significat : nam pluraliter contuma-  
 ciam saepe demonstrat. Cicero in Verrinis (6, 110) : 'Praeto-  
 rem tu accuses? frange cervices.' Vmeri dicti, quasi armi, ad **62**  
 distinctionem hominis a pecudibus mutis, ut hi humeros, illi  
 armos habere dicantur. Nam proprie armi quadrupedum sunt.  
 25 Ola summi humeri pars posterior. Brachia a fortitudine nomi- **63**  
 nata : *βραχὶ* enim Graece grave et forte significatur. In brachiis  
 enim tori lacertorum sunt, et insigne musculorum robur existit.

1 quod] quia *CKB* (*non D*)      2 teneant *K* (*non D*)      emittant *K*  
 3 distinctas voces *C*      4 Toles *BT*: Tolis *K*: Tolles *CDU*      5 tusillas  
*BCTU*: tusilas *K*: taxellas *D*      6 dictum *bis K*      mand. inde *C* (*non D*)  
 vel . . . iung. *om. C*<sup>1</sup>      quod] quia *K* (*non D*)      7 iunguntur *K* (*non D*)  
 Gurguli *K*      8 contendit *C*      9 possint *B*      10 proximus *KB ante corr.*  
(*non V*)      11 best.] animalia *C*      12 Sublinguium *K*: Sublingubium *T*  
13 quae] quod *K*      14 quod] quia *K*      teres *CT*<sup>1</sup>: erens (*i. e.*) haerens  
*T*<sup>2</sup>: heret (hae-) *DKFB*: rotundum *X*      16 quod] quia *CK*      per  
*om. K*      17 medellam *B*<sup>1</sup>      18 num. tant. *C*      prius] primus *dett.*  
22 accusses *K*: accusas *B*      frangere *K*      23 pecodibus *T*: pecoribus  
*K*      24 dicuntur *TC*: dicantur *KB*      27 masculorum *C*<sup>1</sup>      rubor *K*